soli hanc causam sustinetis. Certe fide
liter vobis assum gemitibus et pre
cibus, utinam et carne liceret. Nam
et mea est causa atque adeo plus mea
quam omnium vestra, neque illa temeritate
aut cupiditate vel gloriae vel lucri
tentata, quod testatur mihi spiritus ipse
et hactenus res satis declaravit,
declarabitque latius usque in finem.
Quare te per Christum oro
ne ita negligas promissa et solatia
illa divina ubi dicit iacta super
dominum curam tuam, expecta domi
num viriliter age et confortetur
cor tuum. Et quorum plenus est
liber Psalterii et Evangeliorum con
fidite ego vici mundum. Sie wirt
ja nicht falsch sein das weis ich fur war
Christus sit victor mundi. Quid
ergo victum mundum sic formida
mus quam victorem. Solt einer doch
einen solchen spruch auff seinen
Knien von Rom und Jerusalem ho
len. Sed copia et assiduitate et fa
miliaritate vilescunt nobis. Das ist
aber nit gut. Scio imbecillitas est